

XXV. Poëticae.

241. Poëtices objectum est ens omne, quatenus ad certam persuasio-
nem, fictâ ratione, concinnè disponi potest & repræsentari.
242. Carmen optimè consideratur secundum partes suas, species &
243. Oratoriæ multum lucis fœneratur Poësis. (affectiones.
244. Virgilium & Ovidium vix explicare possumus sine Astronomiæ
& Geographiæ adminiculo.
245. Pedes vix ex eo dicto videntur, quod versus quasi pedibus cur-
rat, sed quod pedibus mensuretur, quemadmodum extensiones
in Geometria.
246. Non est quod elisiones in carmine velimus penitus effugere,
cùm carmini sæpenumero ornamentum largiantur.
247. Quod apud Latinos & Græcos carmen est heroicum, illud apud
Teutonas videtur genus esse Alexandrinum.
248. Æquè laude digni sunt Poëtæ, ac reliquî Philosophi.
249. Ad Poësin penitus inepti, non sine ratione crassioris ingenii
250. Poëta & Versifex totò cœlò differunt. (esse videntur.

Epilogus.

ATque hæc paucula ex præcipuis disciplinis Philosophicis ad
disputandum seligere placuit. Quorum si nonnulla fortassis
diversa à recepta videbuntur sententia, eadem exercitii saltem gra-
tia fuisse in scenam prolata itemque defensa tenendum est. Ac pro-
inde sicut cuilibet, utrum pro veris, an pro falsis aut minimum im-
probabilibus habere velit, facilè integrum relinquo; ita vel ex hoc
capite mitiorem mihi censuram polliceor firmissimè. De cætero Deo
ter Optimo ter Maximo pro gratia in speciminis hujus Philoso-
phici collectione clementissimè concessa sit.

LAUS ET GLORIA.

S hat / Geehrter Freund! mit schönen Weisheit-Samen/
- Besamet manches Blat / das Er / gleich einem Feld/
Durchpflüget mit seinem Riel / und unter seinem Namen/
Dem klugen Hindus-Volck / vielfältig vorstellt.
Wol dann! es werden bald Ihm reiffen Ehren-Neren.
Diß Sam-Korn wird zu letzt noch eine Kron gebähren.

J. H. H. K. G. P.

F I N I S.